

De quibusdam primae S. Fun. Juvenalis satirae libris

scribetur

Carolus Fridericus Rosenfeldt.

Gottingae die IV Martij

1836.

(Favisculus huius conclusionem opusculi continens)

Rec. ex parte

D. 3. Jun 36

Sat. 1, 37-44.

Quum te summoveant, qui testamenta marentur
 Noctibus, in eorum quos videt optima summi
 Nunc via processus, utulae vesica beatae?
 Urciolam Proculus habet, sed Jello deumcom:
 Partes quique suas ad mensuram inquinis heres
 Accipiat sane mercedem sanguinis, et sic
 Palliat, ut nudis proest qui calcibus unguum
 Aut Lugdunensem rhetor dicturus ad aram!

Secularis error Ruperti est in interpretatione vocum: "summi
 processus". Pene haec jam cepere superiores interpretes, quos
 primum sequitur Rupertus, et qui subsequens est Stran-
 vius in interpretatione hujus Satirae, quae prodit cum 1500,
 sicut Germanica Desprati 1807, ita ut processus sit: felix
 eventus, fortuna, et dicitur illud: "via processus" respondeat
 nostro: Sei Art beschaffen zu mensur, nititur zu hunc un, sein Juel
 zu mensur. Sed autem Rupertus non adversetur huic inter-
 pretationi, tamen verum novarum cupidus addit: "Proce-
 der etiam propria dicitur solennis Canonum pompa,
 qua prima inibi magistratus die ex aedibus suis in Capito"

licum diducantur, igitur optima summi nunc via processus
 fortasse significat, ad consulatum, summum honorem. Sed
 toto hoc loco sermo est de hereditatibus, et consulatum sane
 jure hereditatis accipere non licet. Jam in versibus, qui
 sequuntur, mire se torquet Rupertius, ut constructionem expre-
 diat, quae quoties locum legitur, offensiva sit. Max putat
 verba:

Uniolam Proculius habet, sed Gillo deuncem.

Parentesi includenda esse; hoc modo Proculium ^{et bonum}
 et legitimum heredem. Sed hac ratione verborum construc-
 tio non expedita est. Max pro heres legit vult hebes. Not.
 tem haec viro cl. excidisse. Nam quis inde senus pro-
 dit? cum tantum hebes quoque accipiat mercedem
 ad mensuram inguinis? cur non item fortis? Unde
 apparet, inane esse hoc epitheton. Praeterea habet om-
 nino non conjunctum est cum antecedentibus, sed sequitur
 narratio, quae non amplius pendet ex vocula cum. Juve-
 nalis ubi proha exempla afferre vult per voculam cum,

nova prius conjunctione utitur per dictum: Quid refram?
 cf. v. 45. Fallitur denique Rupertius, quum penderi putat
accipiat ex antecedenti vocula cum; immo Conjunctioni
 huc forma indignationem indicat (Nun so mir in Jaden dem
 Junksman) Quid multa? locus laborat prava distinctione,
 quae sublata, omnia optime procedunt. ^{recte} distinuerunt
 alii:

Uniolam Proculius habet, sed Gillo deuncem,

Partes quoque suas ad mensuram inguinis heres,

Accipiat sane mercedem sanguinis etc.

Proculius parvam hereditatis partem accipit, sed Gillo
 multo majorem, et eodem modo quoque heres partem
 suam habet ad mensuram inguinis. Constructio in
 his neminem sane offendit; in secundo versu ex priori
 2^oo repro repetendum est verbum habet, quod veritates
 est, quam ut exemplis probare attineat.

vs. vs. 58—62.

Quum fas esse putet curam sperare cohortis,

Qui bona donavit praecipuis et caeteris omni
 Majorum censu, dum pervolat axe citato
 Flaminiam, puer Automedon, nam lora tenebat,
 Ipsa lacernatae quem se jactaret amicae.

Haec dicitur Pappus. Quamvis primum, quis intelligendus
 sit. Hoc autem, ut multae aliae res apud Stobaeum, quae
 ex historia illustrandae sunt, obscurum est. Britannicus
 putat Iucum notari neque tamen eum condemnat, qui,
 ut Manianellus, de Sigellino intelligendum putent.

Qui recte sunt interpretes aut huic aut illi favent opinio-
 nioni, aut locum hunc ~~assino~~ impetrabilibus tanquam
 tenebris obvolutum omnino non explicarunt, in hac ~~opinionem~~
 conjectura acquiescentes, ^{reficere} accedere poetam his versibus ^{certae}
~~quae~~ ^{quae} ~~quidam~~ ^{quidam} historiam, nobis tamen ignotam. Nos autem cum
 maxime favemus istae Philosophicae disciplinae, cujus sum-
 mum est ~~se~~ ^{se} ~~esse~~ ^{esse}, nostram esse censuimus, ut aut novum
 quid in medium proficimus aut unam alteramve opinio-
 nionem ante jam a viris doctissimis prolatam sequamur.
 Cum autem ex aliorum scriptorum locis verisimile fiat,

poetam aut de Iucio aut de Sigellino cogitasse, jam materiam
 literis nobis praebet quaeritis: utrum horum virorum intelli-
 gerit poeta. Hinc demonstrare mihi proposui, nullum alium
 nisi Sigellinum esse, quem intellexit poeta, locumque hunc
 ita interpretandum:

dum pervolat axe citato

Flaminiam puer Automedon, — — — —

De Cornelio Iucio advocant ea, quae a Tacito *Histor.* lib. II, c. 86.
 III, c. 12. Sueton. *Domit.* c. 6. et schol. ad *Juven.* II, vs. 112. narrantur:

ex quibus nihil de Iucii munere aurigae in Neronis gratiam sus-
 cepto discernitur, neque ultra, quae poeta tangit, ad hunc homi-
 nem pertinent: non a Nerone, sed a Domitiano praefectus praetor
 ii factus est: nihil de majorum paupertate, ipsaque penuria
 praeterea pecuniarum equorum studio abundantia sequuta commen-
 moratur, et quantum ex Tacito colligi licet, divitiis et opulenti-
 tia excellit. Dicitur enim prima juventa, munere senatorio depo-
 sito, in colonia sua vixisse quietus. At in Sophonium Sigelliu-
 num omnia in versibus exposita, si praeterea recollectionem ad v.
 155. *Sat. I.* Taciti simul et Dionis *Cassii* testimonio utamur,

cadunt. Sicutus Ann. lib. XIV, c. 51. dicit: quippe Caesar duodecim
 toris cohortibus impovertat. Senium Rufum; Sophonium
 Figellinum, utrum impudicam atque infamiam in eo recutus. —
 Valerius Figellinus in animo Principis, et intus libidinibus
 adventus. Histor. lib. I, c. 72. Sophonius Figellinus, obscuris
 parentibus fueda purita, impudica senecta, praefecturam vigi-
 lum et praetorie, et alia praemia virtutum, quae velocius erat
 vitio adeptus, crudelitatem mox, deinde avaritiam, et viri-
 lia scelera exercuit, corrupto ad omne facinus Nerone.
 Scola. lib. 62, c. 13. Τὴν ἀπὸ τῶν Σωφρονίου ἀστυλά-
 τε καὶ μαρτυρίας τῶν τῶν καὶ τῶν ἀνδρῶν τῶν ἰσχυρῶν
 τῶν, καὶ τῶν τῶν ἀστυλάτων ἀπὸ τῶν καὶ τῶν τῶν Νέρωνος
 ἀπὸ τῶν τῶν ἀστυλάτων, καὶ τῶν τῶν ἀστυλάτων τῶν τῶν
 δὲ τῶν τῶν. Male perique interpretis verba: caret omni majorum
 cenou: aperunt, quasi Figellinus majorum opibus privatus erit,
 quod ex equis splendidis delapidasset, quae potius explicatio
 convenit verbis: Qui bona donavit praecipibus. Fama quod
 Sautus Figellinum obscuris parentibus oriundum dicit, eadem
 poeta exprimit verbis: et caret omni majorum cenou. Si forte et agitabat, Nerone nactus est amicum, et quem praefectus

quis quaerat, unde illa sibi a pauperibus parentibus nato:
 paraverit bona, quae praecipibus et avaritati impendunt?
 respondere licet, fuisse accepit eum hereditatem ut schol. brevi.
 ter movet, et auctor Probo grammatico ad n. 158 hereditatem
 tam fuisse. Quo planius videntur Lectori Senecae, notam
 sententiam viri finam (describamus annotationem Scholiae,
 tae a nobis jam laudati in vers. 155 hujus Satirae: Cuius
 Julinius Figellinus patre Agrigentino, Scylaceum relictus,
 juvenis, egens; verum Admortum pulcher, in concubinatam a
 Prisco, et Lucio Domitio marito Agrippinae, et Juliae
 sororum Caesaris, atque in utroque uxore suspectus,
 ob hoc urbe summotus, piscatoriarn machinam exercuit:
 quod accepta hereditate reditum sub conditione impe-
 travit, ut concubitus Claudii abstineret. Quare saltim
 bus in Apulia et Calabria comparatis, cum Stadio
equo quadrigarum sceleret, amicitiam Nerone nactus, pri-
 mus illum ad studium Poenicium movit: etc. —
 Haec veritas in Apulia et Calabria entis, ubi equos parabat

Prætorianarum cohortum fieri in animo haberet, Casarem
 oculis et amplexibus spori se delictantem in viis Romae
 circumvehat (Sueton. Ner. c. 28) libidinum illius vocis et ad-
 jutor. Huc referenda sunt Taciti verba Ann. lib. XIV, c. 51:
 validior Tigellinus in anima principis, et intimis libidinibus
 ademptus. Ex hac sententiarum conjunctione quivis facile
 videt, verborum constructionem expediri et sensum meliorem
 erui posse, si verba: dum perrotat axe citato Flaminiam
 non, ut Britannicus, referamus ad proximam antecedentiam,
 ut hoc dicatur: consumpsit bona sua, dum in gratiam
 Neronis aurigat; sed ad membrum primam, ut hic sen-
 sus prædeat: Quum is, qui omnia bona delapidavit,
 præfecturam Prætorianorum offerret, quia imperatoris
 est auriga. Talis constructionem non inauditam esse
 docent interpretes ad Tacit. Annal. l. 7. His enim putat
 Tigellinum, si Neroni aurigae officium præstiterit, id
 suo aere fieri. Præcipua h. l. Platonius cum eoque Flavianus
 ut lupanaria esse suspicantur. Sed his, quæ attali, satis
 docuit mihi videri, propter commotionem sententiarum con-

junctionem) hoc verbum proprio sumatur sensu necesse est.
 Eadem de causa fatuuntur etiam ii, qui putant, Tigellinum
 sui delictandi causa, ut nobilis, qui ad exemplum Casaris
 aurigandi studio capti erant, Flaminiam inani curru per-
 volare solitum esse. Quidni dicamus, ^{et} cum tenquam Nero
 nis aurigam hoc fieri? Præsertim quum ^{prope} Neroni offi-
 cium, præcipue in rebus, ut verba subregg. ostendunt, amatoriis
 præstite, non mirum est, Tigellino munus præfati præ-
 stito demandatum fuisse. U. lacunata amica significat
 tur sporus, quem purum Nero, teste Sueton., exortis tectibus,
 etiam in muliebrem naturam transfigurari conatus est, atque
 cum clothe et flammis, nuptiarum celebrissimo officio, deductum ad
 res, pro uxore habuit: quemque, Augustarum ornamentis
 excultum lectique vectum, et circa conventus mercatorumque
 Græcias, ex mox Romæ circa Sigillaria, comitatus est,
 identidem exoculans. Quid autem Strucius dubitet, num
 sporus amica lacunata ^{recte} dici possit, quippe qui de nuptiali
^{Suptorio} tectibus flumens, quod pertinebat ad sponsam, obiectus,
 fuit, postea autem ornamento Augustarum excultus fuit,

rit, quamquam concedit vir doctissimus, ^{verbum} (amica), sicuti ^{est} sponsa, de amato puero Dicitur: in factis pro nihilo habeam, quum manifestum sit, amicam lacernatam ^{speciosam} rum per cavillationem appellatum esse a poeta: ac si dicatur amica macula h.e. amica quae vir omnino erat. Nam lacerna vestis est virilis. Dio Cas. lib. LXIII, c. 13: ἡ ἑρώματι Σοφίστας τὸν Σωκράτη, οὐ κατὰ τὸν νόμον, ἀλλ' ἐπὶ τῆς ἐξουσίας ὄντα αὐτῆς ἐξουσιάζοντο, ἀλλ' οὐ καὶ ἐρώματι αὐτῆς, ἵδμεν καὶ ἐκείνη, ἐν τῇ ἐκείνη, κατὰ συμβόλαιον, ἐκδοῦσος αὐτῶν τοῦ Σωκράτους, ὡς οὐ νόμος ἐκείνη. et paullo post καὶ αὐτῶν τῶν ἐξουσιάζοντων ἀπὸ τῆς ἡγεμονίας, ἡνδραγῆγας μὲν ἐν αὐτῇ, Σωκράτης δὲ ἐν τῇ. ἡγεμονίας τῶν ἀλλοτρῶν καὶ κερῆ, καὶ βασιλείας καὶ δέσπονας ἐρώματι. — v. 62. Pro Mro; namque ipse, ut auctor et animos, saepe auctoritatis et reverentiae significationem habet, et hinc ita magister dicitur, quum discipulus, (unde illud Pythagoraeorum αὐτῶν ἑγα) Pompeius, quum servus, imperator, quum miles loquitur, patronus si de clientibus, animus, si de corpore agitur.

11. 88-94. Alia quando
 Hos animos? neque enim oculis comitantibus itur ad casum tabulae, parata sed luditur aca.
 Praeterea quanta illis Dispensatore videbis Abnigens. Simpliciter favor robotic centum Perdere et horrenti tunicam non reddere veris?
 Memento errant stupetibus, scribens ponere eos in quod factum.
 Nam, ut ut verba contraria non oculis comitantibus monstrant, non id dicere voluit Juvenalis, uno jactu de tota aca contentis Romanos, sed arcam ad suam apportandam curas, ut pecunia ad ludendum sufficeret. Pone enim saepe cum est, quod appone, ut Tibull. I, 3, 85. proteraque lacerna ad quem locum v. Wunderlichum et Dispensam, utque proprium verbum in vino, quae in mensa convivis appaerantur.
 Juvenalis appone verbis: alia quando hos animos? — offensus, cum ellipsis verbis cum magis exemplis demonstranda sit, secundum ipsam intentionem, licet verbi ellipsis solius ratio unitate sit, corrigat: alia quando haec animos. Quando haec alia i.e. talis alia ut nunc est, talis acaae cupiditas homines, subintelligit: cepit. Multum abest, ut offensionem sit quid.

vel h. l. ingr. pecuniam, subministrat; metaphora a bello petita.
 Haec sunt apparet dispensatore armigeri esse ab electo absolutos.
 Dominus Ferrus ad electorum conventus non confert pecunias
 suas cunctis fortunae caevi committitur, tanquam ad proelium,
 et comitatus eum, ut armiger herodem in proelium, servus ipse,
 qui arma h. l. pecuniam secum gerat. In interpretando
 verbo reddendi omnes ambages quae novi interpretes titubant,
 ruit, quorum alii reddere per restitueret explicant, alii de omni
 plerumque dare non habere veritatem; aliquid, inter quos etiam
 Membrus, propriam verbi significationem (re-dare) loco hinc ap-
 tam esse censentes, tamen ~~haec~~ locum ita interpretantur: Nonne
 inaudita insania est, centum restituit armigeris, servum reddi-
 ente hieme, quum frigore horret, non denuo vestire. Veram
 cum omnibus locis a viris doctis laudatis, ut Plaut. Captul.
 act. II. re. ult.; Horat. act. post. vs. 8. Od. I, 31, 12. et Lucret.
 Lib. II, 512., nullum habent locum haec explanationes, sed ab in-
 que, si me fallit memoria, reddere significet dare ea, quae

debemus: quod si haec patitur significationem aptissimam esse,
 verum? - Ne multa! haec significationes, in his locis,
 ostendit luculentius jam nota illa locutio: gratiam referre
 alicui, in qua verbum referre simillimum est nostro et significat
 officium, quo officia nobis ab alio praestita, ^{deus reddere} reddimus,
 vel pari pari referre, amori amorem respondere debemus: ita
 ut nostro loco huius servum notis debeat propter offi-
cia ipsi praestita.

vs. 150 usque ad finem:

Sicav fortitan, unde

Ingenium par material? Unde illa priorum
 Scribendi, quodcumque animo flagrantem liboret,
 Simpliciter, cuius non audeo dicere nomen?
 Pone Sigillum: laeta licet in illa, ^{Quid non sit stultis ignoscant Lucius, an non?}
 Cui stantes, qui fixo guttore fumant,
 Et latum media vulcum diducis arena.
 Qui dedit ergo tribus patris aconita, venator
 Periculis plerumque utique illino despiciat nos?
 Quum veniet contra, digito comproce labellum:
 Accusator erit, qui verbum dixerit, hic est.

Scurus tunc sternam Rutulamque proceram
 Committas: nulli gravio est percussus Achilles,
 Aut multum quaeritus Hylas cornaque secutus.
 Ence velut stricto quoties Lucilius ardens
 Infremuit, rubet auditor, cui frigida mens est
 Criminibus, tacita sudant praecordia culpa.
 Inde irae et lacrimae. Secum firmo ergo voluta
 Haec animo ante tubas: galeatum pro duelli
 Punitur. Expirat, quid concedatur in illos,
 Quorum Flaminia tegitur cinis atque Latina.

Sententias, quae continentur his versibus, per factum a poeta
 diuulsum pronuntiatas esse apparet; sed quanam uerba tribuen-
 da sint aduersario, quem inducit poeta sibi obicientem,
 de hac re magna est controversia inter interpretes. ~~Peccant~~
~~Quorum~~ In his uerba priora: "Unde illa — nomen? quae
 dicit aduersarius, sententiam exprimunt hanc: Satiram
 hac tempestate scribere periculosissimum esse, quam publi-
 ca libertas perierit, — neque ullam difficultatem obji-
 ciunt, sed tanto plus ~~periculi~~ sequentia. Peccant
 autem Frangaeus et Superbius in eo, quod uerba:
 "Quid refert, dictis ignoscat Mucius, annon", poetae

tribuent, quod nullo modo, si quid iudico, fieri potest.
 Si enim poeta ei, quem sibi obicientem inducit, respon-
 deret: Quid refert, Mucione mihi ignoscat, annon,
 plane sibi contractaret. Objicit ille: periculosum esse hoc
 tempore, Satiras scribere, quum non liceat, homines
 simpliciter reprehendere, ut olim fecerit Lucilius, qui u.c.
 uerementer perstrinxit Mucium. Si huic poeta respon-
 deret: Nihil refert, Mucius mihi succenseat, annon,
 ineptulus esset. Nam ille dicebat, olim hoc poetis li-
 cuit, nunc non item, igitur nominandus fuit homo
 et aetate Iuuenalis, si poeta illam refutare uellet,
 quia ille negauerat sine periculo notari posse homines hu-
 jus aetatis, quod olim Lucilio in Mucio alioque licuit.
 At fortasse Mucius hoc loco pro quocumque nobili, quod
 interpretes uolunt. Sed quam contortum hoc est, et
 quis inde sensus prodibit? Quid refert, utrum mihi
 nobilis aliquis populi ignoscat, nec ne? et ille respon-

dit: Non Sigellinum etc. Sed et Sigellinus vir potens fuit,
 si non ex merito, tamen ad magnum honoris fastigium
 perductus. Mucius igitur vir potens itaque Sigellinus,
 et Mucius Satira dignus et Sigellinus non minus. Cui igitur
 tua poëta tam inficta profere potuit? Si Mucium per-
 stringis, non est, quod metuas, si Sigellinum in maxi-
 mo versaris discrimine. Sed alia adhuc restat inter-
 pretandi ratio, ab interpretibus prolata. Mucius forsitan
 pro Murtio, quod voluit Rupertus, quandoquidem explicat:
 Quid refert, viros inactam, potissimum si mortui sunt etc.
 Attamen et hoc alinum est, siquidem vers. 170. 171 demum
 consilium capit, mortuos ratio demonstravit periculosis
 eos viventes vexare. Sequitur ergo, ut haec monitoris ver-
 ba eos statuamus usque ad vs. 15 hoc senon: An tu eadem
 libertate, qua priores Satirici, homines vituperare poteris?
 Minime vero. Nā credere profumus libertatem no-
 minare, de ea loqui, timentes ne poenas Demus, nedum
 ea uti in vituperandis hominum vitis. Apud majores

nostros aliter res se habebat, et Lucius non curabat Mucium,
 si vel maxime succederet, sed nunc magna rerum mutatio,
 et gravissimas poenas dabit, si Sigellinum laeserit (vers. 154.
 praesentia est pro imperfectis neminem offendet). Cuius dictis
 poëta respondit vers. 158. 159. Patienter ferendum est, vibratis,
 firmo homines superbas et sublimis flori in lectis et nunc des-
 picere? vs. 160-170. autem verba et consilium sequuntur mo-
 nitoris, quibus poëta ejusmodi homini obviā factus linguam
 comprimendam suadet, tutius ac sine periculo tragicum
 vel epicum scribi proos carmen ratus. Quibus denique
 170. 171. respondit poëta monitori: Si viros sine periculo cen-
 sare non possunt, mortuorum vitia vix libertate per-
 stringant.

In versu 157 olim vulgabatur:

Taedia lucet in illa,
 Quae stantes vident, qui fixo gutturo famant,
 Et latum media vulcum deducit arena.

Hinc verum, nisi totus interpolatoris debetur manui, ex
 aliqua parte saltem corruptum esse facile apparet, ~~sed~~
 quam ex claudicante verborum junctura, tum vero ex

+ quae haec esse debet:
 " lucet in taedia illa, qua an-
 dent stantes, et qua ardet
 is, qui ducit etc."

totius dicti venon, qui omnino non peropicitur. Antiochine
igitur appo mihi videntur viri doctissimi, qui ita scribunt:

Et latum media vulvum diducis arena.

Quod verba quamquam varias admittunt interpretationem explanationes
probabilior^{taurina} exhibent ~~et~~ constructionem. Quam vero alii aliter
interpretantur haec verba opus erit, ut singulas interpretationes
explicationes sub eadem vocemus quaeque maxime nobis
id habere videtur probabilitatis speciem, ut eam artis docu-
mentis stabilendam curemus. Flinckius advocato Plinii

Fabii legentis haec: Nemo e spec-
tatorum spectaculum factus
miras voluptatis unco et
ignibus capiant.

Panzii c. 33. ita explicat: „Si Sigebellinum famulos carminis,
has notaveris, tunica indueris malista, superque per me-
dium agetur guttur, et unco traheris per mediam arenam,
ascenditurque ei Flinckius nota scribatur, aut latum et
ad notam viris hinc (explicationi) objici potest, unum
quum gutturi eorum impingeretur, qui vel in ignem, vel ad
ignem scilas, vel in Sibim traherentur, non fuisse
singularium in damnatos poenam, sed, uti Plinii satis
superque ostendunt, aut ad graviolem aliquam caigen-
dam, aut ea exacta ad corpus in forum populi ludibrio, de-

inde in flammam proiciendam adhibetur esp, cf. Juven. Sat. X, vs. 66. Senec. de ira l. III,
c. 3. Dion. Caes. l. 58, c. 11. Sicutiam in Plinii loco mentes fit unco tanquam instrumentu-
ti, quo rei ad flammam traherentur. Quae cum ita sint foras alicui plauri-
bilis videatur explicatio Flinckii, qui non de singulari poena ^{in his verbis} cogitat, sed quae
adhibita fuerit postquam homo tunica illa alimenter ignium et illita et in-
textis indutus (uti refert Senec. lib. II, ep. 14 ubi crudelissimae tunc temporis
poenae) combustus esset. Tantum vero abest, ut hanc explicandi rationem
probemus, ut cum Senec. de tranquillitate animi c. 11, respondeamus: „et com-
busto nihil superfluit, quod carnifici traheret.“ Sed vero quis de hac poena
cogitet non quae scuta sit executionem sed quae ^{eam} sentias sit, ita ut Romani
condemnatos ad flammam locum, quo comburentur, unco rapuerint:
non intelligitur, cum facta, cum hysteron proteron h. l. vix statui possit,
verba ante vs. 155 collocanda proterovurit. Flinckius autem judicasse
videtur Vibius, qui Britannicum sequitur haec verba non de singu-
lari supplicio intelligenda censet, sed de damnati metum et nimiam
animo anxietate, quam, ^{quam} pale affixus gutturo, et tunica picea
indutus cremetur, pedes solvendo annamque dividendo palam
ostendat. - Alii locum ex vetero III, v. 48., ubi leguntur haec:
„Nos tamen hoc agimus, tenuique in pulvere sulcos
ducimus, et litus stili veramus exatco,“
advocante, proverbialem locutionem et verba etiam loco esp. putant. Significat sane
utrumque in pulvere sulcos ducimus, in quo hi non manent sed stationem collabuntur:
frustra laboramus et stilium in poci ponimus, non majori spe emolumentis,

quam si arenarum araremus volumus a litibus. Verumtamen quam
 languida est sententia poetarum, si diceret: Audi aggredi Sigellinum,
 statim te flammis tradi jubebit, atque ita labor tuus ad irritum cadet.
 Illi denique, inter quos Ruperlius, qui legit „qui ducit“ ^{vul.} pro deducit,
 explicant: „mediam arenam vultu aperit ac dividit defossus et igne
 circumdatur.“ ^{At vero, prava} ¹ Ut de structura vestrorum, quae inde enascitur, faciam,
 tum scribi debebat non vulcus (Plin.) sed fossa vel scrober (Plin.).
 Ad extremum ne Plindorfii estrom ingeniorum conjecturam silentio
 praetermissis videar, ~~ita~~ haec est:

„Aut latus media vulcus te ducet arena.“

ita ut intelligatur hiatus pugnae, non aduroantibus huius correctioni
 codicibus, quorum plures „deducit“ habent. Ad pugnae ipsum quod atti-
 net, fuit ~~hoc~~ ^{ita} teste Casaubono ad Sueton. Calig. l. 26., dicta lignea quas-
 dam moles, quae machinamentis occultis extollebatur, deprimebaturque,
 supra ea producti per ludos facinorosi homines, quales gladiatores
 fieri vult, ut vel inibi pugnam inter se committerent, vel spectati
 a populo, mox solutis compagibus pugnae, casu suo in foren-
 sam, ubi vel ignis vel praerant, populam oblectarent.
 Cf. Strabo II, et Plin. l. 9. Lips. de Amphit. c. 22. 23. Scaliger. ad Nonid.
 l. 1. v. 479. Pader. ad Martial. Spectas. epigr. 2, v. 2. interp. ad Plin. l. 1.
 et Ruperl. ad Plin. II, v. 22. Abrum sulcum si operatio inter compages machi-
 nae redueatur exorto recte dici, testis est Nonius II, 2. qui, „Sulcus“, inquit,
 „omni quidquid in longitudinem aculeatum est, dici potest.“

